

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Conradi Samvelis Schvzrfleischii Opera historica politica**

**Schurzfleisch, Konrad Samuel**

**Berolini, 1599 [i.e. 1699]**

XLII. De Primo Christian. Imperatore

**urn:nbn:de:bsz:31-102564**

§. IX. Res tandem eo redit, ut existimare possim, famam, quae de emendata Philipporum religione percrebuit, non firmissimis niti fundamentis, siquidem profanos scriptores consideravero, qui de Philippis Christianis tacent. Cum enim in scribendis, et investigandis Imperatorum rebus per essent diligentes, tum illud tam insigne mutatae religionis exemplum, sine reprehensione neutiquam tacere potuerunt. Nam quin resciverint, si quid eiusmodi contigit, vix dubitandi locus est, praesertim cum non committerent, ut res alias, quarum vel tenuissima significatio data est, silentio praeterirent. Adde, quod Eusebius quaedam fama accepit, quae plerumque incerta est, et fallit scriptores credulos, quippe monumentorum auctoritate destitutos. Quare Huetius ultro et ingenue fassus est, Eusebium ex incerta auditione retulisse, Philippum (seniorem) publice in Ecclesiam ab Episcopo (is fuit Babylas) admissum, praecationum participem fuisse factum, postquam crimina confessus, in poenitentium ordinem reductus est, *Origenianorum lib. I. p. 19.* Enim vero in coetu Dei publice non versatus est, nec palam se dixit, ac professus est Christianum civem: nam quo minus id faceret, metu impediabatur, qui an iustam hic excusationem habeat, nunc non ex viro. Illud namque agnoscit Huetius, *Christi sacris a Fabiano Papa initiatum fuisse Philippum. Sed occulte, idque clam Ethnicos habuisse, nequid inde res suae detrimenti caperent, quas pristinae religionis eiuratae fama forsitan conturbasset.* Cum Huetio sentiunt populares, doctrina et antiquitatis scientia exculti, *Natalis Alexander, hist. eccles. sec. III. part. prim. cap. ult. Antonius Pagi, in Crit. hist. Chronol. ad an. Chr. 248.* Nam Henricus Valesius, et Stephanus Baluzius, summa eruditione viri, consulto ab hac controversia abstinerunt.

## XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

Qui curam diligentiamque adhibent, ut pro eo, ac par est, argumenta ad rationes temporum idonea afferant, intervallisque convenienter distinguant, non possunt aliter, quin suo quaeque termino definiant, ac deinceps de rebus sententiam dicant. Quod sicuti instituto meo congruit, ita ordinis maxime interest, et perspicuitati etiam servit, prorsusque tale est, ut meo commoneat, unde auspicari debeam, quum statutum habeo tradere, quando imperium Constantini M. coeptum, et quemadmodum deinde gestum fuerit, qualemve exitum habuerit, quatenus id quidem potissimum ad rem sacram pertinere mihi videtur.

§. II. Ante omnia vero perquirendi imperatoris Constantini M. natales sunt, qui cum genus patriamque eius ostendunt, tum ius pariter ac dignitatem

XLVII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

tem ipsius declarant. Etenim Patri succesit, atque hac ratione per magnum obtinendi imperii momentum habuit: quoniam suffragiis et consensu praetorianorum militum adiuvare oportuit, ut imperio dignus iudicaretur, apud Zosimum II. 9. Ὁρῶντες Κωνσταντῖνον εὖ ἔχοντα οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατῶν, καὶ ἅμα δωρεῶν μεγαλοκρεπῶν ἐπαρθέντες ἐλπίσι, τὴν τῷ καίσαρι ἀξίαν αὐτῷ παρέθεσαν. Denotat cohortes praetorias, (a) quae proxime circumstant, quarum voluntatem sibi conciliaverat, quoniam non modo ad imperandum idoneus, sed etiam magnificus, multaque largiturus videbatur. Statimque subiungit eventum, aestimatione personae dignum, quod nomen decusque Caesaris ei tribuissent, sumpta dictione a more induendae purpurae, quae Caesaris dignitatem indicabat. Hinc VI. 4. de Constante pronunciavit, (b) habitu Caesaris purpuraque fuisse ornatum. Caesarem dicit, (c) id est, designatum Imperatorem. Idcirco Eusebius, quum causam affert, quomobrem factus sit imperator et Augustus, refert, a militibus (d) fuisse renunciatum, haud dubie praetorianos innuens, *hist. eccles. lib. IIX. cap. 13.* Alioqui neminem antiquitatis peritum fugit, Caesaris, et Imperatoris Augusti titulos appellatione, et auctoritate fuisse diversos. (e) Quam in sententiam Sextus Aurelius Vi-

(a) Hos milites expresse alibi *πρατωριανὸς* vocat, II. 17. Quod gestum est in Britannia, ubi Constantinus est creatus imperator, Eutropius X. 2.

(b) τὸ τῷ καίσαρος σχῆμα περιθεῖς. Et VI. 13. τὸ διάδημα περιθεῖς. *Con-*  
*tinarium* περιελὼν τὸ διάδημα, VI. 12. *Conf.* IV. 35.

(c) Atque is ipse est αὐτοκράτωρ καίσαρ, quod elogium est Augusti imperatoris, atque hac adiectione alias declamatur. Hinc βασιλεὺς καὶ σεβαστὸς ab Eusebio dicitur, quo notatur imperator Augustus. Nam Graecorum, et ipsius alioquin Zosimi usu βασιλεὺς per se imperatorem signat, quem alibi αὐτοκράτωρ appellat, (Lat. Imperator, Caesar) exemplo Constantii, II. 8. et II. 9. Eadem notione apud Procopium aliosque occurrit: quin et Hebraeorum magistri hoc imitantur, regisque titulo imp. Constantinum designant.

(d) Περὶ τῶν στρατοπέδων, quo vocabulo in numero plurium milites, speciatimque hic praetoriani designantur. Adiator horum fuit Erocus rex Alemannorum. V. *Sext. Aur. Victor. cap. 58.*

(e) Καίσαρ καὶ βασιλεὺς discrimen est manifestum. VI. 13. ἀντὶ τῷ καίσαρ βασιλεὺς ποιοικῶς, ubi describit Constantem, quem pater Constantinus ex Caesare fecisset Imperatorem. Alibi βασιλεὺς interpretatur αὐγαστον, II. 35. in Maximo. II. 8. τὴν τῷ καίσαρ τιμὴν vocat, quoniam διάδημα, ἀλβεργίς, σέβαστος, sunt insignia imperatoris augusti, eaque de causa saepe coniunguntur. Apud praeficos reges χρυσέον σκῆπτρον denotabat reges, sed qui plena regiaque potestate non pollebant, prout οἱ βασιλεῖς, qui hic imperatores sunt, alibi αὐτοκράτορες et μονοκράτορες dicuntur. Obiter

Et scripsit sequentia. *Abinc* (ab eo tempore, Traianus Caesarem nominavit Hadrianum) *divisa nomina Caesarum atque Augusti: inductumque in rempublicam, uti duo, seu plures summae potentiae dissimiles, cognomento ac potestate dispari sint, cap. 13. in Traiano, conf. Aelius Spartianus in Aelio Vero.*

§. III. Simul in hac electione aestimata est dignitas stirpis, ut animadverti queat, paterni iuris quoque rationem fuisse habitam, quod indicavit Constantinus Manassés, quando fidem nobis fecit, Constantinum M. eam imperii partem, quae Patri eius Constantio sorte obveniat, velut paterno iure debitam obtinuisse. *Ὁ Κωνσταντῖνὸς τὴν γὰρ τῆς Κωνσταντῖνου (f) τὸ λάχος ὡς (g) πατρικὸν παραλαβὼν, (h) in annal. pag. 91.* Duo hic innuuntur, 1. derivata acquisitio. 2. quasi successio, propterea quod paterno iure imperii portio est ad eum devoluta. Itaque Victor, qui diu ante Zosimum scripsit, recte explicandus est, ut vestigia successionis, vel quasi, hic relinqvantur. Quum enim tradit, Constantino mortuo, Constantinum filium, *cunctis, qui aderant, annitentibus imperium cepisse, sine dubio intelligit praetorianos, cum veneratione stirpis, et virtutibus, tum pollicitationibus Constantini inductos. Quibus verbis sicuti operam consensumque praetorianorum confirmare voluit, ita e contrario noluit omnem prorsus inficiari successionem. Quamvis iam Nervae tempore eo licentiae progressi fuerint milites, ut imperium arbitrio legionum caperetur, apud eundem cap. 12. in Nervae. Quod malum a quo fonte promanaverit, accurate apprehendit Tacitus Hist. I. 4. Id vero accidit, quum Galba a legionibus factus est imperator, vulgatumque adeo est imperii arcanum, posse Principem alibi, quam*

Zzz (f)

Romae

Observat enim Eustathius in Homer. *Il. a. regum populi que talem fuisse statum, ut populus sententiam diceret, reges vero eam approbarent. Quare scriptores Augusti, et in his Xiphilinus omnino iure meritoque inter αὐτοκρατορῶν et καίσαρῶν distinguunt. At si utraque coniunguntur, certe valent ad designandum imp. Augustum.*

(f) Constantium designat, quem alii Constantem scribunt, vera, an mendosa lectione, nunc non inquiri. Vid. eo Ioach. Camerarius in Chronol. Niccphor. pag. 68. Profecto alias Eusebius, Socrates, Zonaras, alique Constantium nominant. Alibi nunc Constantius, nunc Constans appellatur. *V. ἡγεμονικῶν κανόνων σωζώμενα apud Scaligerum pag. 282. et 283. Illud vero hic alienum est, quod Zosimus Κώνστῆν scripsit, propterea quod is Constans fuit, Constantini tyranni filius, idemque non Constantino M. sed Honorio Imp. aequalis, VI. 13. Cuius scripturae modus per compendium potius, quam per Dorismum factus intelligitur.*

(g) *ὡς* veritatem habendi, non inanem et impropriam similitudinem exprimit, cuiuscemodi significationes passim obviae sunt.

(h) Imperium παραλαβὼν quasi per manus traditum, quasique ad successionem a priori acquirente delatum.

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

Romae fieri. Vt cunqve autem illa ipsa se habeant, certe fatendum est, Constantinum procedenti tempore non solum nomen et famam, sed etiam potentiam amplificasse, (i) victisque Maxentio, Severo Maximiano, Galerio, monarchiae per eminentiam dictae rationes confecisse, oppressoque demum Licinio, elogio maximi actum fuisse.

(i) Vid. Zosimus II. 18. et 19. Constantinus Manasses pag. 91. Docet Ioachimus Camerarius, Constantinum, superato Licinio, magnum fuisse appellatum, in Niceph. p. 69. Nunquam autem vel tabulis, vel in numis magnum se appellavit: sed victoris maximi titulum sumpsit, atqve hinc formula tituli orta est, *βασίλης Κωνσταντίνος μέγιστος*, apud Eusebium, Socratem, Theodoretum. Quamquam et alii quoque titulum maximi usurparunt, veluti ipse Iulianus, apud Socratem lib. 3. cap. 3.

§. IV. Nothus autem, an legitimus fuerit Constantii filius, scriptores dissimiliter tradunt, nec Zosimo, odii in Christianos suspecto, ad unum omnes assentiuntur. Quinimo Zosimus ipse, qui imperante Anastasio dicere scripsit, diffiteri non potuit, Constantini patrem plerumqve in Britannia fuisse commoratum, (k) argumento praefecturae, nisi fallor, militaris, quam non in Bithynia sed in Britannia, administravit, nec fere multum abfuit, quin assidue ibi esset. Praeterea Victor, quem alias sequitur Zosimus, Helenam Constantini M. matrem in tantum laude cohonestavit, in quantum eam nomine uxoris Constantii appellavit. Nam in libro de Caesaribus memorat, Diocletianum, dirempto priori connubio, quod cum Helena contraxerat, ei Theodoram, Herculii Maximiani privignam, elocasse. Connubio, dicit, ut a concubinato et contubernio distingvat. Neqve eo secius alter Victor in epitome tradit, quum ingenue et sibi consentiens affirmat, Constantium, abiecta uxore priori, Theodoram a Diocletiano traditam, in matrimonium accepisse. Convenit huic sententiae, quod tradit Eusebius, Constantium Maximianumqve coactos deseruisse suas uxores, *τὰς ἰδίας ἑαυτῶν καταλιπόντας γαμετὰς*, in Chron. Niceph. ap. Scal. pag. 399. Non ergo in concubinae loco Helenam habuit, sed uno domicilio coniugioqve eam sibi coniunxit. Subscribit Eutropius, atqve a Diocletiano, necessitudinibus potentiam firmaturo, Constantium ad repudiandam uxorem compulsum fuisse narrat, lib. 9. cap. 14. Cuius metaphrastes Paeanius, quum denotat repudiatam a Constantio Helenam, eam nominat *γαμετὴν*, (l) atqve adeo

(k) Hoc indicant verba, *ἐξομῆσαι πρὸς τὸν πατέρα Κωνσταντίνον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ τῇ Βρετανίᾳ συνεχεσέσθαι ἐνδημῶντα*. Si enim frequentius, ac prope dicam, assidue fuit in Britannia, sequitur, ut vel ex Zosimi verbis asseram, eum non facile alibi, quam in Britannia gessisse praefecturam, matrimoniumq, contraxisse.

(l) *γαμετὴν* usu huius et aliorum scriptorum est νόμιμος γυνή. conf. Chron. can. pag. 216.

adeo uxorem, non vero concubinam. Ioannes Zonaras nihil definit, sed aliorum sententias afferre satis habet, atque ait, alios tradere, Helenam legitimo connubio iunctam, alios contra affirmare, eam fuisse concubinam, *tom. 3. histor.* Sed quisquis scriptores reliquos diligenter inspexerit, et honesta patris filiique nomina, quibus Constantius atque Constantinus appellantur, reputaverit, facile intelligit, ea ratione contineri, quia legitimae nativitatis significatione declarantur. Quamobrem de hac re ita existimavit Constantinus Manasses, ut sane quam partibus nostris accederet, ac sequentia monumentis mandaret. *Ελένη Κωνσταντίας (m) γαμητήν Ελένην τῆν ὀλβίαν. (n)* Nec aliter sensit Euty chius, Patriarcha Alexandrinus, quem hortatu Ioannis Seldeni Eduardus Pocockins in Latinum convertit. Is dum in Constantium incidit, quem interpres Constantem vocitat, expresse tradit in hanc sententiam. *Vidit (Constantius) mulierem pulchram, formosam, nomine Helenam, quae a Barsica Episcopo Robensi ad fidem Christianam conversa fuerat, nec non legerit didicerat: quam cum a patre petiitam in uxorem sibi duxisset, ea ab ipso gravida facta est: reverso deinde Constante Byzantium, peperit Helena filium pulchrum, mansuetum, intellectu praeditum, mali fugientem, sapientiae amantem Constantinum; Annal. tom. 1. pag. 408.* Non quidem nescio, multa in hoc scriptore inesse fabulosa, neque inficiari possum, Helenam (o) ante Constantinum filium Christi sacra suscepisse: at vero illa partim incerta, partim

Zzz 2 (f)

(m) *Κωνσταντίας*, qui alius est *Κωνσταντίας*, perinde ut Euthymii interpres quoque Constantem, Abul Faraius autem ex versione Pocockii Constantinum vocat.

(n) In antiquis inscriptionibus non dicitur beata, sed piissima et venerabilis, itemque mater DN. Constantini, et avia beatissimorum Caesarum, nempe ex filio Constantino nepotum. *Vid. inscript. Gruter. p. 284.* Beatus enim uti de viventibus, ita contra *μακαριστός* atque divus semper de mortuis dicuntur. Vocabulum, piissima, titulusque DN. seculi indolem stylumque indicant: nam prius illud Ciceronis aetate novum erat, ab Antonioque inductum, ut docet Philippica XIII. Postea autem usu receptum firmatumque adeo, ut inscriptiones publicas distingueret pariter atque ornaret. Par sepe ratio nominis devoti fuit, quod sequior usus in aliam significationem inflexit, notaturque alias DV. Titulus DN. iam seculo II. quidem honoris adulationisque causa imperatoribus tributus est, publico autem et pragmatico scribendi more sumptus primum a Diocletiano, atque hinc usurpatus a successoribus eius fuit, quod inscriptiones numique passim testantur.

(o) Auctoritate Paulini, quarti seculi, in quo versamur, scriptoris, qui fructuosam laudabilemque Helenae in erudiendo ad Christianam religionem filio diligentiam testatur. Dissentit Eusebius, Constantino aequalis, et rerum factorumque eius temporis multo gnarissimus, de vita Constantini M. lib. 3. cap. 47. Sed ab eo discedit Caesar Baronius in *annal. eccles. ad ann. 315.* Nec temere negaverim, Britones iam seculo II. Christi

sacra

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

tim falsa sunt, quae de Barfica, et loco nativitatis Rohae ibidem commemoravit. Adhaec suffragantur mihi Theophanes, et Georgius Cedrenus, nec discrepat Hugo, monachus Floriacensis. Eusebius equidem in Chronico suo contrarium scripsit, atque ex concubina susceptum esse Constantinum affirmavit, ad *ann. 307*. Nec in aliam opinionem discesserunt Hieronymus, Orofius, et plures cum eruditione, tum auctoritate praestantes viri. Sed enim de illo primum videamus, quod ex Eusebii chronico affertur, quoniam id non tam depromptum ex Eusebio, quam foris ascitum videtur, cum quod graves et egregii auctores, qui Eusebium secuti sunt, saepeque exscripserunt, nec verbis, nec re ipsa tam ingloriae Constantini M. nativitatis meminerunt, tum quod Constantinus non invasit, ut ibi legitur, sed suscepit imperium, quod partim iure paterno, partim praetorianorum suffragio ad ipsum pervenit, ut ex Manasse et Zosimo, aliisque iam satis confectum est. Aliunde igitur haec sumpta, Eusebioque inserta sunt, quum dicitur Constantinus ex concubina natus. Etenim tota illorum verborum series non invenitur apud eos, qui res pariter et verba Eusebii retinere consueverunt. *Κελευσας δὲ βασιλεύσας Κωνσταντίνου ὅτι ἔτη ἑνὶ ἀπέθανεν. Καὶ διεδέξατο αὐτὸν ὁ παῖς αὐτοῦ Κωνσταντίνος ὁ νόθος ἐξ Ἑλένης αὐτοῦ γενόμενος.* *apud Scalig. in thes. temp. p. 282.* Certe haec talia neque leguntur in Georgio Syncello, nec reperiuntur in Gregorio Cedreno, qui cetera iisdem fere verbis ex Eusebio referant, bonaque fide adducunt. Tum vero Eusebius, postquam paulo ante scripsit, Constantio ex Helena fuisse filium, usus est eo nomine, quo passim legitimos utriusque sexus liberos designat. Eo minus officit, quod in factis Siculis occurrunt, in quibus nulla Eusebii mentione afferuntur. Omitto alia, sed id tacere non debeo, quod in Chronico Eusebii Latino, quod interpolavit Hieronymus, aperte legatur, Constantium et Galerium uxores repudiare compulsos fuisse, *lib. prior. p. 47*. Non ergo dubitari potest, quin Helena Constantii coniux fuerit, praesertim cum eius *γαμὴ* dicatur. Namque hac ratione uxor innuitur, non pellex, aut concubina, quippe cum qua non est *γάμος*, quandoquidem concubinatus, etsi Romanis legibus permissus, non recipit hoc dignitatis nomen, quod matrimonii iure censetur. Itaque non est, cur de Hieronymo laboremus, qui aut ipse sibi contraxit in Eusebiano Chronico, aut rumore impeditus, aut falsa lectione deceptus fuit. Ne nunc addam, Eusebium quoque secum ipso pugnare, si haec eius verba germana sint ac nativa. Illud vero per se intelligitur, non facile esse vero simile, quod Eusebius futurus esset tam imprudens, ut *νόθος* appellatione viventem Constanti-

facm amplexos, Helenamque adeo in Britannia vero atque salutaris Dei cultu imbutam videri posse: eo magis, quod eius filia Constantia colligitur fuisse Christiana, priusquam Licinio nuberet, si quidem suspicione vacante aetate Basilei Episcopi Amaseni, quibus tota haec causa sulcitur. Vid. etiam Socrates hist. eccl. lib. 1. cap. 25.

stantinum offenderet, prorsusque temere eum a se abalienaret, quem saepe multumque laudaret. Praesertim quum historico quaedam interdum praeterire liceat, quatenus eiusmodi sunt, ut salva historiae tractatione omitti possint, quod hic usuveniebat, cum sufficeret dicere, natum ex Helena, sive genitum, sive ex ea susceptum, sive procreatum, ut odium offensamque eo circumspicius vitaret.

§. V. Verum enimvero Carolus Molinaeus ad probandam nothi maculam afert ex iure Romano argumentum, quod quale pondus habeat, videbimus, ut munere, quod suscepimus, recte perfungamur. Praesidium fabulae ponitur in Constitutionibus Romanis, atque eam in rem producit lex, (p) quae vetat praefectum militatam ducere uxorem in ea provincia, in qua praefecti munia sustinet, partesque militiae administrat. *V. Meib. Goldasti monarchia imperii tom. 3. p. 49.* Verum ut hic taceam, quod Goldastus propter auctores illo opere comprehensos a Theophilo Raynaudo, et novissime a Bohuslao Balbino, (q) quantumvis praeter meritum, vituperatur, profecto ista sanctio, quae huic commento occasionem dedit, recte se habet, neque tamen evincit, quod putat Molinaeus, nec prohibet, quo minus a praefecto militari eius provinciae, ubi aliquam domum duxit, matrimonium recte contrahatur: praesertim quum is, qui duxit eam, hoc animo retinet, ac deposito munere, quod in provincia gessit, in sententia perstat. (r) Quod hic usuvenit, quoniam Constantius Chlorus, confectis sui muneris rationibus, in hac voluntate perseveravit, Helenamque ob virtutes sibi conciliatam, passimque laudatam, in matrimonio tantisper habuit, dum ad eam repudiandam adigeretur. Nemo autem vel iuris, vel antiquitatis tam ignarus esse potest, ut nesciat, non posse mitti repudium, nisi matrimonium fuerit contractum. Quare ex dictis sequitur, valuisse hoc matrimonium, nec a legibus Romanis fuisse alienum, siquidem id argumento iuris, et eventu comprobari potest.

(p) L. 63. D. de ritu nuptiarum. (q) In epitome rer. Bohem. lib. 1. cap. 10.

(r) L. 65. D. de ritu nupt. et l. 6. C. de nupt. Neque huc afferam, saepe etiam ex concubinis factas esse uxores, apud Hieronymum in Ep. ad Oceanum, quando sufficit, Constantium post eius muneris perfunctionem in voluntate retinendae uxoris perseverasse.

§. VI. Neque eo rectius est, quod Molinaeus ibidem tradidit, Helenam in Bithyniae oppido Drepane fuisse concubinam: quod tantum abest, ut concedi oporteat, ut quoque demonstrari possit, Helenam ex Bithynia non fuisse oriundam. (s) Nam ex panegyriste veteri, et aliis haud suspectis documentis sane pater notumque est, Helenam fuisse Britannam. Illud vero confictum est, quod alqui ex oratione funebri, quae tertio Ambrosii *romo* continetur, probare

ZZZ 3 (f)

(s) *V. Gvil. Camdenus Britanniae p. 569. fin.*

bare student, Helenam diversorium equitibus commodum habuisse, (r) propterea quod multis indiciis constat, scriptum istud esse adulterinum, diuque post Ambrosium exivisse in lucem. Ut certe eo subsidio haec causa fulciri nequeat, auctorque ipse huius sententiae id diffiteri nolit, quamvis nihilominus venditare ingenium, et arcessere rationes, atque ostentare insignem eius antiquitatem opinionis velit. Itaque fallitur Procopius, Helenopolin ideo conditam narrans, quod in Drepanensi vico, postea in oppidum verso, Constantium peperisset, in lib. de aedificiis p. 46. edit. Hoesebel. ἐστὶ δὲ τις Εἰθουσί πόλις, ἑλένης ἐπώνυμος ἔστι, τῆς Κωνσταντίνου βασιλέως μητρός. ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἑλένην ὠρεμῆθαι φασὶ, καὶ οὐκ ἐκ ἀξιολόγου πιπρότερον ἔστι, ἢ περὶ τὰ θεοφεία καισαυτῶν ἐκτείνων, ὀνόματι μὲν καὶ ἀξιώματι πόλεως τὸ χωρίον δεδωρηται τῷτο. Ait Procopius, rumorem nullo auctore nixum innuens, quoniam non modo non ex vico Drepanensi oriunda est Helena, sed ne ea quidem vera causa fuit oppidi illic extruendi Socrates lib. 1. cap. 18. et Sozomenus lib. 2. cap. 2. Nihil tale expriment, quod probet, Helenam Drepane fuisse natam ideo, quod ex eius nomine appellari, oppidumque fieri coepit. (u) Nec fabulosam Nicephori narrationem (lib. 8. c. 31.) moramur, eique opponimus auctoritatem Philostorgii, longe diversam causam afferentis lib. 2. cap. 13. Cumque ab hoc veritatem facti petat Nicephorus, tum rationem eius negligere non debuit, siquidem aberrare fallique noluit: sed cur is multo secius existimaverit, in praesens non ex viro, contentas suffragio Gvilielmi Camdeni, atque Iacobi Vsserii, Virorum antiquitatis Britannicae multo peritissimorum, qui testimonio suo nostram sententiam ornant. Conf. Caes. Baronius in annal. eccles. ad an. 306. unde is quidem Constantini M. imperium auspicatur, quod quale sit, statim exponam.

(r) Stabulariam hanc (Helenam) primo fuisse asserunt, sic cognitam Constantio seniori, qui postea regnum adeptus est: in orat. funebri de obitu Theodosii imp. p. 60. edit. Basil. 1538. Tum vero asserunt, inquit, non assero.

(u) Sic Helenopontus, cuius mentio est in Novella Iustinian. 28. princip. nomen ab Helena tulit, nec tamen ibi nata suscepta que est in lucem.

§. VII. Multa mihi svadent, cur sententiam, imperium Romanorum anno Chr. CCCV. a Constantino M. fuisse susceptum, (x) quod vel solum intelligi potest ex anno mortis ipsius, qui incidit in annum eius imperii XXXII. quem si cum dato Christi anno componimus, colligimusque summam, conficitur annus Christi V. E. CCCV. Quae ratio quo loco habenda sit, perspicere licet ex Epiphanio, qui auctor est, Constantinum XXXII. annis imperasse, in libro de mensuris et ponderibus. p. 176. βασιλεύσας ἔτη λβι.

(x) Successionem indicat Eusebius his verbis: Ἐγένετο βασιλεύς πατέρος ἐξ αὐτῶν κατῆς lib. 1. cap. 9. coll. 21. de vita Const.

§. VIII. Eusebius testis pariterque laudator vitae Constantini M. id assensu suo comprobavit, et duos atque triginta imperii Constantini annos designavit, quum in hanc sententiam aperte scripsit. *Δύο πρὸς τοῖς τριάκοντα τῆς βασιλείας ἐνιαυτοῖς, de vita Constantini lib. 4. cap. 53.* Quae verba, non dubito, quin annum imperii XXXII. ostendant, neque diffiteor, esse eiusmodi, ut refellant dissentientes. Etsi non sum nescius, Eusebium in Chronico XXX. annis, et X. mensibus eius imperium circumscripsisse. Ut vel hinc cognosci possit, Eusebium sibi non constare, et quum rationes temporum subducit, variare, sibi que ipsi non consentire. Verum quia in Eusebii chronico multa extant, quae ab alio inserta videntur, ac vita Constantini accurate, et post *Chronicos Canones* confecta est, atque ex professo res de eo perscriptas complectitur, nihil equidem reperimus, quod eiusmodi sit, ut nos ab hac sententia dimovere possit. Proinde Henricus Valesius, vir cetera doctissimus, nimium sibi indulget, quando opinatur, adductum ex libro de vita Constantini locum multos in errorem induxisse, *annotat. ad lib. 4. de vita Constant. cap. 53.* Nullum enim hic mendum extat, nulla fraus occurrit, nulla denique fallitas animadverti potest. Et tamen nuper etiam pro ea sententia propugnavit Gvilielmus Beveregius, atque hoc efficere studuit, ut multis rationibus approbaretur, *annotat. in canon. concil. p. 42.* Eandem causam tuetur *chronologiae reformatae auctor Ioannes Baptista Ricciolius*, opinione vulgari potius, quam idoneis argumentis nixus: perinde ut fieri solet, quum non tam ex fontibus, ac principiis domesticis, quam ex recentium scriptorum placitis non paucae et graves controversiae deciduntur. Ut mirari subeat, cur Iosephus Scaliger, vir cum in omni auctorum lectione, tum in explicandis temporum difficultatibus longe versatissimus, eo fiduciae processerit, ut affirmaret, Constantinum ne tricesimum quidem imperii annum explevisse. Qua in re quidem primum utar testimonio Philostorgii, qui omni asseveratione affirmavit, Constantinum postea decessisse, quam XXXII. imperii annum certe iam ingressus fuerat. Nam hoc indicant prorsusque declarant verba, *τὸ τριανησὸν δεύτερον ἐπέβαινον τῆς βασιλείας κωνσταντίνου, lib. 2. cap. 17.* Perperam vertit doctissimus Iacobus Gothofredus, quando innuit, Constantinum, postquam vivere desuisset, egressum fuisse annum imperii XXXII. Non enim dicit *ὑπερβαίνοντες*, aut *τελευτώντες*, quippe quae designant egressum terminumque, ab ingressu, (γ) quem vocabulum *ἐπιβαίνοντες* denotat, maxime distinctum. Ita vero de Philostorgii mente ex Philostorgio, quem Photio acceptum ferimus, iure pronunciamus, meritoque

(γ) Ingressus hic commode, satisque ample intelligendus est de anno iam pridem coepto, quando quidem anno 337. quem COSS. Felicianus et Tatianus signant, die XI. Kal. Iun. evia migravit, vid. Socrates lib. 1. cap. 40.

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

que laudamus Henricum Valesium, qui etsi in annotationibus non castigavit hanc Gothofredi versionem, tamen recte est Graecum verbum interpretatus.

§. IX. Consentit Sextus Aurelius Victor, ab Andrea Schotto editus, notisque auctus, qui cum harum partium sit, tum manifesto tradit, Constantinum anno imperii tricesimo secundoque excessisse. Theodoretus Lector minime a proposito suo aberravit, dum haec scripsit: Ἐβασίλευσε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ Φιλόχρηστος βασιλεὺς, ἔτη τετράκοντα καὶ ἓν, μῆνας δέκα, *eclog. Niceph. Callist. lib. 2.* Auctor Chronici, quod Matthaeus Raderus edidit, atque Alexandrinum appellavit, nihilo secius de Constantino M. narravit: Ἐβασίλευσεν ἔτη λά μῆνας ἡ *pag. 650.* Nec dubito, quin ea aliunde sumpta fuerint, cum totidem verbis apud Eusebium legantur, *V. Eusebii χρονικῶν κανόνων σωζόμενα, pag. 287. add.* In qua sententia eo libentius persisto, quod multis quoque aliis subsidiis fultus sum, et in hac causa etiam nitor argumento votorum solemnium X. XX. XXX. siquidem pro certo sumo, eos, ad designandum perfectos completosque imperii annos, adhiberi, quod ex historiae augustae scriptoribus nullo negotio conciliam, sicubi necesse fuerit probare. Etenim more veteri, et imperatorum, qui praecesserant, exemplo Constantinus M. non ineunte, sed exacto decimo imperii anno, vota decennialia persolvit, quod numi, quorum plures vidi, magno antiquitatis consensu ostendunt. Similiter vicennialia, (*VOT. X. VOT. XX.*) confecto imperii anno vicesimo, peracta sunt, et postquam utraque feliciter evenerant, his notis designari consueverunt. SIC. X. SIC. XX. Excepto, quod Licinius tyrannus, aemulatione quadam et invidia erga Constantinum M. non exacto, (*Anticipatio non iuris, sed facti,*) ut Augusti solebant, sed ineunte decimo imperii anno vota decennialia nuncupavit, quod meae sententiae fraudi esse non potest, quandoquidem id extra ordinem factum est, atque eo minus regulae derogat, quod ratio consuetudinis, quae pro lege erat, non aliter patiebatur. Eam in rem tradit Dio. τῆς δεκαετίας ἐξελθούσας, ἀλλὰ ἔτη πέντε, ἔτη πέντε, καὶ μετὰ τὸ δέκα, καὶ ἔτερα αὐτῆς δέκα, πεμπτάκις αὐτῷ (Αὐγύστῳ Καίσαρι) ἐψηφίσθη; ὡς τῆ τῶν δεσποτικῶν διαδοχῇ διὰ βίης αὐτὸν μοναρχήσαι. καὶ διὰ τὸ κατὰ πᾶσα τὴν βίον ἀποδεικνύμενος, ὁμοίως διὰ τῶν δέκα αἰετῶν εὐχέτασαν, ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς τότε ἀνανεούμενος, *hist. Rom. lib. 53. p. 506. 507.* Quibus verbis mea quidem opinione satis indicatur, solemnnes illos ludos, quibus vota nuncupata sunt, annis quinque et decem exactis fuisse peractos. Nec tricennales, nisi finito tricesimo imperii anno, festi atque solennes fuerunt, quod sicut multis argumentis confici potest, ita ex Ammiano Marcellino abunde constat *lib. 14. p. 17.* Quibus nemo prudens sciensque temere refragari aufit, praesertim quum tot antiquitatum numerumque documentis adiuvantur.

Curius

Cuius rei alios multos graves et idoneos auctores habeo, at plures adduci non attinet, propterea quod veritas in luce posita non requirit testimoniorum numerum, sed pondus. (z)

(z) *Causae huic servit etiam tritum sermone proverbium, quod alter Victor in epitome refert, ac totum Constantini M. imperium in decem praecedentes, duodecim sequentes, et decem novissimos annos partitur. V. cap. 61. edit. Sebotti.*

§. X. Illud autem eo spectat, ut deseramus Eutropium, et metaphrasten eius Paeanium, lib. 10. c. 4. iremque Socratem Scholasticum lib. 1. cap. ult. Sozomenum lib. 2. c. 34. Rufinum lib. 1. c. 11. et Ioannem Zonaram *annal. tom. 3.* Inter quos tamen hoc interest, quod aliqui eorum commemorant, Constantinum M. imperasse uno et triginta annis: aliqui tradunt, anno imperii tricesimo primo, decessisse; atque ii vel seorsim de annis, vel etiam adiectis mensibus hoc tale tempus, sive ex mente sua, sive ex mente aliorum, ut Nicephorus, circumscribunt.

§. XI. Neque huius instituti est, refellere commenta, quae de Helena passim circumferuntur, cum quod seqviorum temporum superstitionem praeseferunt, tum quod nullo verae antiquitatis monumento nituntur. Cuiusmodi est, quod narrat Hermannus Bavinck de lancea Longini, quam gestarit Helena in sacro itinere Roma Hierosolymam, atque hinc Antiochiam suscepto: unde confici possit, quod ritum hunc pietatis causa peregerit, et faciendo docuerit, quid alios oporteat imitari, *in libro sextum Romae edito p. 22. coll. p. 95.* Equidem negare non possum, Helenam pio instituto iter fecisse Hierosolymam, regionesque Orientis obiisse, *ap. Eusebium de vita Constantini lib. 3. c. 42. 44.* Sed gestasse Longini Martyris lanceam, et sacrae peregrinationis exemplum, aliis necessario seqvendum tradidisse, pernegamus. Igitur magna hic cautione opus est, quod Eusebius et Rufinus in enarrandis sacri huius itineris causis discrepant, quorum alter generatim Helenae propositum cum pietate coniunctum edisserit, ac deinceps speciatim templa auspicio eius dedicata, et alia, quae liberaliter fecit, commemorat: alter autem aliquid adiungit, quod apud Eusebium non extat, quae est illud, quod refert, Helenam *divinis visionibus admonitam* comessisse Hierosolymam, *lib. 1. cap. 7.* Nihil de hoc tradit Eusebius loco iam adducto: nihil in eam sententiam affert Theodoretus *lib. 1. cap. 18.* nihil de eo scribit Sozomenus *lib. 2. cap. 2.* Omnino autem id post Rufinum narrat Socrates, et Helenam *oraculo in somnis commonitam*, (aa) *venisse Hierosolymam, affirmat, lib. 1. cap. 17.* Praeterquam autem quod Socrates, qui Eusebii historiam prosequitur, interdum lectionis Eusebianae errore

Zzz (g)

(aa) *δι' ὀνειρώτων, inquit, χρηματιθεῖσα, εἰς τὰ ἱεροσόλυμα παρεγένετο. Con-*  
*sentit auctor orationis funebris de obitu Theodosii 1. 3. Ambros. p. 60.*

fore deceptus est, auctorem quoque eius sententiae Constantino aequalem non habet. Etsi enim non inficior, pleraque somnia extitisse, quorum origo ab Deo solo petenda sit, tamen Eusebius hoc non prodit, qui pro sua alioqui diligentia nil facile omittit, quod tam memorabile est, ut insigniores, easque diviniore huius argumenti *mensuras* attingat, praesertim quum caput rei, et ratio causae impellentis explicari debent. Plura afferre, supervacuum est, nisi quod cursim de Helena addam, eam non tam Longini, quam Luciani martyris memoriam comiter conservasse, ut ex Philostorgio colligitur *lib. 2. cap. 11.* Illud enim, quod de *cruce* Servatoris inventa reliquum est, ita se habet, ut nemo fidem praestare possit, veram eam fuisse crucem, in qua Christus Servator omnes humani generis noxas morte sua expiavit. Prudens cordatusque et pariter sedulus scriptor Eusebius id praeterit, ac reliqui etiam sic commemorant, ut non tam sua, quam aliorum opinione referre videantur. Primus eius meminit Ambrosius, vel quisquis auctor est orationis *de obitu Theodosii*, sed eius auctoritas ut alias permagna est, ita nunc ad probandum huius historiae partem idonea mihi non existimatur, quandoquidem antiquitatibus supplicii crucis adversatur, quibus docemur, cruces, in quas damnati tollebantur, amoveri consuevisse: nec facile cum excidio urbis, neque cum diuturnitate temporis, quod trium seculorum spatium capit, neque cum ingenio regionis, in qua calor cariesque corpora maxime deterunt atque infestant, conciliari potest. Si quis dicat, miraculo servatam, res magis impedita redditur, propterea quod ratio dubitandi superest, cur latronum cruces quoque cura et consilio diviniore servatae fuerint? Cur item novum miraculum expectari oportuerit, ad crucem Servatoris distingvendam a crucibus latronum? Quod quemadmodum acciderit, apud Theodoretum invenire licet, *lib. 1. cap. 18. conf. Socrates lib. 1. cap. 17. Sozomenus lib. 2. cap. 1. Rufinus lib. 1. cap. 8.* Tradunt hi, Macarium petivisse signum divinitus dandum, quo crux Servatoris a crucibus latronum discerni posset: quae res cum eum non fefellerit, approbasse eventum, quae vera Christi crux esset. Sed petere extra ordinem signa, et postulare miracula, postquam haec iam aliquot ante seculis desierant, id vero temeritate non vacat, et pietati pariter atque prudentiae adversatur. Alioqui praeter adductos scriptores etiam Sulpicius Severus, *sacr. hist. lib. 2.* et Paulinus episcopus ad eundem *epist. 11.* stant a causa affirmantium, quos cur deseram, modo planum feci. Simeon Metaphrastes eo minus fidem mihi facit, quod multis post seculis vixit, et cum saepe incerta tradit ac falsa, prout in patria sua historia nuper ostendit Franciscus Godvvinus, tum hic proditam ab aliis fabulam sequitur, *in vita Helenae.* Nec magni est mihi auctoritas Nicephori, quem plus semel in hac atque Constantini historia deprehendi aberrasse a vero, commentaque attulisse. His confectis, nemo non videt, fabulosam esse Eusebii Romani episto-

epistolam, quae scripta est ad Tusciae et Campaniae episcopos, vel hoc manifestae falsitatis indicio, quod eius auctor dicit, se Romanae sedis imposito, vel, ut ipse loquitur, se Romanae ecclesiae gubernacula tenente, repertam esse Dominicae crucem, epist. 3. inter eas, quae nomine eius divulgatae sunt. Nam et stylus docet, sequiorum esse temporum, et rationes annorum non ferunt, ut Eusebio, quippe diu ante inventam crucem defuncto, attribuat. Enimvero decessit Eusebius Romanus Ep. anno cccxi. alii cccix. supputant, quo Helena nondum eo animo erat, ut de cruce Servatoris perquirenda cogitaret. Postea vero, quam concilium Niceae habitum est, quod anno cccxxv. contigit, ad crucem Servatoris quaerendam sese applicavit, ut ex Eusebio, et temporum illorum monumentis collectu quidem est proclive. Quod facit, ut in refellendo isto commento nihil operae infumere velim, quod causa iam evidens est, cur inventio crucis in Eusebii episcopatum reiici non possit.

§. XII. Sed quam nego, veram Christi crucem ab Helena fuisse repertam, tam affirmo, crucis signandae ritum diu ante Constantinum invaluisse, eumque veteres Christianos sine cultu, quem sancit religio, sineque superstitione usurpasse. V. Tertullianus in libro contra Gnosticos, qui Scorpiacum inscribitur, cap. 1. Quod documento est, seculo III. quo ineunte vixit adhuc scripsitque Tertullianus, illum exprimentae effingendaeque crucis ritum fuisse usitatum. Illud quoque antiquitatis bene mihi concilius confidenter addo, cruces in aditu templorum, atque adeo in loco publico nonnisi post aetatem Constantini M. fuisse collocatas. Sed mos eas consecrandi tempore posterior est, nec prius in Christianorum consuetudinem venit, quam post decessum Constantini M. propterea quod de eo instituto nihil usquam recensuit Eusebius, non alioqui praetermissurus, siquidem per id tempus factae cruces, positaeque in conspectu publico fuissent. Hoc autem ingenue dico fateorque, aliquanto post, et paucis ab excessu Constantini M. annis formam figuramque crucis in templis saepe fuisse expressam. Testatur id Nazianzenus vir sanctus et gravis, quum *ἡ δὲ αὐτῶν εὐαγγελίων* (bb) mentionem facit. Non autem legisse memini aliquid de crucibus ante templa positis, quatenus de aevo Constantini M. mihi sermo est, quod etsi insignitum est tot basilicis templisque passim aedificatis, tamen nusquam legamus, hunc morem aevo Constantini M. tenuisse: quin aetorum eventa, et extracta passim tunc sacra domicilia contra-

Zzz z (g)

rium

(bb) Quasi dixisset templa cruciformia, ideo quod crucis formam habuerunt. Perperam alii vertunt, crucibus notata, ut est in editione Morelliana. V. Naz. carm. IX. in insomnio de Anastasiae templo p. 79. Cum *εὐαγγέλιον* paria facit *εὐαγγελίου*, a quo ea de causa tradit Nicephorus Callistus, se vidisse Principes (Caesares) sub forma crucis aromata nova adolentes, *εὐαγγελίου τὴν βίαν τῶν βασιλέων ἀρωματίζουσι θυμίωνος καυνοῖς, καὶ δώρεα ταύτην περιποιούσιν*. lib. 12. cap. 41.

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

rium demonstrant. Serius igitur, et sine dubio post tempora Constantini M. hoc usu venit, quando indicia suppetunt, non multis ab excessu eius annis cruces ante templa atque in conspectu publico fuisse constitutas.

§. XIII. Nihil vero nunc, ne nimis crescat dissertatio, de Helena attexam, cuius quoque Iulianus, religionis Christianae desertor, et Sophista Libanius meminerunt. Tum vero insignes solemnesque ei dicatae sunt inscriptiones, quae et laudes eius posteritati servant, et hoc etiam nobis praestant, ut seculum primorum Imp. ab aevo Constantini M. plane fatis ac dilucide internoscatur. (cc)

(cc) Octogenariam aetate migrasse, testis est Eusebius, Rufino Socratiqve velut auctoritatis auctorum praefereendus, in quantum sermo est de aedificatione templi Hierosolymitani, lib. 3. cap. 33. de vit. Constant. Sed ibidem cum Helenae mortem enarravit, tum errorem ex Origenis schola haustum prodere videtur, de vit. Constant. M. lib. 3. c. 46.

§. XIV. Ceterum Constantinus anno imperii septimo (A. C. 312.) ad Christianae religionis cultum disciplinamque animum advertit, et sacra publica in urbibus fieri iussit, templaque et basilicas ingentibus impensis aedificavit, rerumque divinarum permagnam curam habuit, nec quisquam acrior Christianae libertatis vindex fuit. Praeterea sacerdotiis summum honorem addidit, et ecclesias multis immunitatibus donavit, quin etiam ab onere tributorum liberavit, pariterque sacerdotes ab his molestiis relaxavit, (A. C. 313.) et illis etiam ius manumittendi concessit: (dd) ad haec crucis supplicium sustulit, impiosque idolorum cultus abrogavit, et acta tyrannorum rescidit, atque in universum leges salutare tulit, improbas autem et acerbitate odioque Christianorum refertas antiqvavit. Vid. Eusebius de vita Constantini lib. 1. cap. 26. seqq. cap. 39. 42. lib. 2. cap. 20. seqq. 44. 45. Socrates lib. 1. cap. 2. Auctor chronici Alexandrini p. 655. seq. atque ex eo excerpta Chronol. apud Scalig. p. 283. ubi iure meritoque appellatur vindex Christianorum tyrannide oppressorum τὸν ἐν τῷ νόμῳ κατὰ φύσιν ἐλευθερωτὴν καὶ σωτῆρα. Quamobrem apposite in eum convenit vetus inscriptio, eaque insignis, et memoria posteritatis digna, quam subiungo, quia neque apud Ianum Gruterum, neque apud Caesarem Baronium extat.

D. N. IMP. CAESARI

FL. CONSTANTINO. MAXIM.

PI. F. VICTORI. AVG.

PON. MAX. TRI. P. XXIII.

IMP.

(dd) A. C. 315. Atqui haec manumissio in ecclesia vocatur per vindictam, quia iussu Constantini eundem effectum habuit, quem manumissio iure veteri Quiritium, ad Marculph. formul. not. p. 418. 419. Lustrorum sacrificia A. 323. vetuit, et paganos non quidem ad suscipiendam Christianam religionem coegit, sed tamen Christianis paganorum communionem interdixit, cleri que munus ieiuniorum asseruit, sollicitaque custodivit.

IMP. XXII. CONS. VII.  
 P. P. PRO. CONS.  
 HVMANARVM. RERVM.  
 OPTIMO. PRINCIPI,  
 DIVI. CONSTANTII. FILIO  
 BONO. R. P. N. (ee)

Quod documento est, Pontificis Maximi titulum plerisque Christianis imp. fuisse additum, neque in eo falli Zosimum, quod commemorat, id more institutoque maiorum fuisse servatum, ut cognomen Pont. Max. in publicis formulis usurparetur, IV. 36. Πάντες αυτοκράτορες ἀσμενέσεται φαίνονται δεξάμενοι τὴν (τῶ ἀρχιερέῳ) μεγίστη) τιμὴν, καὶ τῆ ἐπιγραφῆ χρησάμενοι ἐξούτη ἐπειδὴ εἰς Κωνσταντῖνον ἦλθεν ἡ βασιλεία. Nec multo post subiungit, primum inter Christianos Principes fuisse Gratianum, qui titulum habitumque Pontificis maximi auersaretur. Ipse autem Constantinus more exemploque maiorum, asciverit sibi hunc titulum, an ab aliis solum dari sibi passus fuerit, in diversum abeunt scriptores. Et nuper quidem doctissimus I. Gothofredi, in eo argumento diligenter versatus, probare studuit, odio abreptum fuisse Zosimum, cum scriberet, Constantinum, et plerosque Christianos Principes hunc *paganæ* antiquitatis titulum gessisse, in epistola de interdicta Christianorum cum Gentilibus *communione* p. 30. seqq. At nolim ego tot priscis verisque inscriptionibus obloqui, quæ publica auctoritate fulciuntur, Zosimi que sententiam confirmant. Sive autem id rudibus *Christianismi* Constantini initiis, sive statui illorum temporum, quibus Romæ adhuc magna *paganorum* auctoritas erat, ascribas, hoc certe fatendum est, Constantinum sumplisse hunc titulum, nec ab aliis duntaxat ita fuisse appellatum. Quod tamen non eo spectabat, ut studio in *paganorum* sacra faceret, aut aliquid ex eorum errore in piove cultu retineret, sed ut hoc titulo summam, nec *paganis* Pontificibus obnoxiam potestatem denotaret, Senatūque Romanum ex capite religionis Christianæ a se alieniorem, relicta veluti superioris status imagine, opportune comiterque devinceret. Alioqui ritu Christiano, et rebus sacris iam a paganis dissidat Constantinus, et nihil præter nomen titulumque istum retinebat, quod Zosimus fateri necesse habuit, quum testatus est, Constantinum, suscepto Pont. Max. titulo, de viatorum sacrorum deflexisse, Christianumque evasisse. (ff) Verum alii, nec

Zzz 3 (g)

vul-

(ee) Quæ inscriptio prius facta est, quam Christi sacra a Constantino suscepta sunt, quod cum styli, tum Consulatus septimum gesti argumento colligo, simulque Pontificis maximi titulum ipsi tributum evinco.

(ff) Καὶ ταῦτα τῆς ὁρθῆς ὁδῆ τῆς πρὸς τὰ θεῖα τέλει, καὶ χριστιανῶν ἐλόμην πρὶν IV. 36.

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

vulgares viri inde petunt argumentum (gg) iuris sacrorum ad imperatores pertinentis, propter quod Constantinus ipse se professus est Episcopum, quatenus in ecclesia summam rerum externarum potestatem imperiumque habebat. Proinde cum episcopos convivio exceptos alloqueretur, hanc vocem prorsus memorabilem, Christianoque imperatore dignam emisit. *ὁμοῦς τῶν ἑσῶ τῆς ἐκκλησίας ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεῶν καθεστῆμένῳ Ἐπίσκοπῳ ἂν εἴην,* lib. 4. c. 24. de vita Constantini. Id vero non eo a me dirigitur, ut Baronio assentiar, quum putat, Principes Christianos permisso Christianorum Pontificum titulum Pont. Max. sibi ascivisse. Etenim nullo idoneo auctore unquam hoc evincet Baronius, quoniam Episcopi Romani sub illud tempus nondum ea auctoritate pollebant, ut titulos dignitatesque permittere imperatoribus possent. Adhaec ratio usurpandi eius tituli non a permisso Christianorum Pontificum, qui tum eo nomine haud appellati sunt, (hh) sed a conditione istorum temporum, quibus simulacrum huius tituli expediebat, sumpta fuit. Multo minus ad rem causamque hanc spectat, quod ex non facta eius moris reprehensione colligit, Pontifices Christianos eum tituli capiendi modum permisisse, propter quem alioqui Christianos imperatores obiurgaturi fuissent. Namque Romani Episcopi non habebant permittendi ius, sive potestas denotetur exterior, quae in dirigendo sita est, prioque iure Christianis imperatoribus convenit, (ii) sive interior quoque intelligatur, quae sacro Ordini divinitus confertur, nemini que obnoxia est praeterquam Deo. Nam merum nomen titulusque externus ad iudicium imperiumque civile pertinebat: reliqua autem, quae ad interiores sacri muneris partes attingebant, non erant eiusmodi, ut ab ipso met Episcopo Romano permittendo mutari possent. Tum vero Episcopi Romani privati commodi memores, patientia Christianorum impm. augebat sensim cumulabantque ceremonias suas, haud quaquam necessarias, saepeque inutiles, et deinceps etiā non raro perniciosas, ut vel sic ratio subesse queat, cur nihil interpellarent, offensamque declinarent, s. quia Constantino aequales id non audebant, sive quia suppare proximi; consulto negligebant, tanquam id non esset eiusmodi, in quo salus rei Christianae verteret, si vel maxime ali-

(gg) Id vero prisco antiquitatis instituto non congruit: aliud enim est Episcopus τῶν ἑσῶ τῆς ἐκκλησίας, aliud Pontifex Maximus, dum proprie et accurate loquendum est.

(hh) Papae nomen sibi asciverunt Episcopi Romani, quod tamen Gregorii M. aequo nondum desit tribui aliis Episcopis. Quin et iam multis ante Gregorium seculis Episcopi Alexandrini dicti sunt Papae, apud Eusebium H. eccl. lib. 7. cap. 7.

(ii) Hanc centum fere annis post Constantinum agnoscit et laudat Augustinus cum passim in epistolis, tum in lib. retractationum: suffragantur Graeco-Romani scriptores,

aliquid culpa rudi *Christianismo* ignoscendae in eo titulo inesset. Ceterū Melch. Goldastus titulum Pont. Max. imperatoribus deberi affirmat, eumque de summa rerum ecclesiasticarum potestate interpretatur, atque inde repetit ius indicendi concilia, cogendique et moderandi conventus sacros, in *dedicat. tom. III. constit. imperial.* Sensus equidem bono, et ad asserendum Caesaribus ius sacrorum satis accommodato, sed ab instituto huius antiquitatis, prout a Zosimo explicatur, recedente.

§. XV. Minor dubitatio est de labaro, vexillo Romanorum, quod primus omnium Christianorum Imp. cruce distinxit Constantinus, cohortibusque acie congressuris praefendum curavit, et hostibus veluti scutum quoddam obiecit. *Vid. Euseb. lib. 1. de vita Const. cap. 31. Sozomenus lib. 1. cap. 4.* Neque vero id apud cordatos suspicionem habet, et magno consensu traditur, quod Constantinus viderit in nubibus signum crucis, eiusque ad effigiem a Christo Servatore commonitus vexillum adornavit. Nam et permagna Eusebii illorum temporum Constantinoque familiaris auctoritas est, et aliorum fide dignorum testimonio ornatur, adeo ut temeritatis culpa non vacet, quisquis miraculum omnium fide probatum, nec ab incunabulis imperii Christiani alienum, paulatimque erudiendo et confirmando Constantini animo accommodatum, sit praefraete negaturus. (kk) Audivit hoc iureiurando confirmatum ex ore Constantini Eusebii, nec multum refert, quod profani, atque a literis Christianis alieni scriptores illud ipsum tam insigne miraculum taciti praeterierint, neque vel de labaro Constantini aperte quicquam consignarint. Eo magis, quod nihil tale tradunt istius aevi oratores passim celebres et clari, quorum ingenium atque industriam nihil fugiebat, praesertim in eo genere, quod ad augendas Constantini laudes pertinebat. Eri enim subobscura quaedam vestigia (ll) in *panegyristis* extant, tamen nihil usquam occurrit, quod vel

crucis

(kk) Quae ratio fuit plantandae ecclesiae, ut miraculis indigeret, ea videri potest plantandi quoque, ut sic dicam, imperii Christiani, cum futuri incertus Constantinus signo diviniore ad depellendam Maxentii tyrannidem incitaretur, pariterque confirmaretur. Hinc de *visibilibus* tyrannis titulum *Victoris* sumpsit, quem nunquam suscepit pater eius Constantinus. Ceterum in modo visionis crucis differt ab Eusebio Sozomenus lib. 1. cap. 3.

(ll) Nazarius in *paneg.* ad Constantinum memorat exercitus divinitus missos: quod cuiusmodi fuerit, explicatur in *historia tripartita*. Similiter Optatianus Porphyrius *panegyristes* meminuit coelestis signi, sed de memorabili et miraculi plena visione Constantini nil tradit. Nec Eumenius *panegyristes*, aut quicquam eius ordinis hoc enarravit. Victor et Entropius, nunquam Christi nomen professi scriptores, nihil huiusmodi complectuntur. Ausonius quidem in carmine, quod *Mosella* inscribitur, instituta digressione, divi castra incluta Constantini, canit *versu spondaico* et significantiore: sed enim is Poeta  
Chri-

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

crucis vel labari nomine appellarint. Cuius rei causam aperire haud difficile est, quando memoria teneo, eos crucem pro nota servilis supplicii habuisse, (mm) atque infra Constantini gloriam duxisse, siquidem religio ipsis erat tribuere Augusto, quod ne liberis quidem hominibus tribuendum putabant. Christiani autem pro amore, quo Servatorem Christum amplexi sunt, crucem in orientis (nn) aequae ac occidentis regionibus clarum et manifestum rei Christianae indicium esse voluerunt, nec aliter, quam verum germanumque depulsa servitutis, et instauratae contra divinius libertatis signum retinuerunt. Ea de causa Magnentius tyrannus, eiusque frater Decentius, vel sola crucis tessera, cuius religionis essent, indicarunt. Nam eorum numi crucem, doctrinae Christianae symbolum, praeferunt, atque haud dubia priscae pietateque vetustatis argumenta praebeunt. (oo) Quo more deinceps factum est, ut crux in literis tabulisque pingeretur, quippe quam Christiani iam antiquissimis temporibus amarunt veneratique sunt, et exinde etiam salutarem nuncuparunt. Non quin iis notum esset, crucis figuram per se inanem esse et inutilem, sed quia inscriptum tenebat salutare Christi nomen, in quo oculos animosque

*Christianus fuit, et quia Belgicas regiones diligenter peragravit, eleganti, ac sua obscura designatione monstravit locum in Belgica I. apud Mosellam, ubi egit Constantinus, quum vidit coeleste signum, quod subindicat Ausonius, appellans castra eius incluta, id est, Solis in occasum vergentis luce resurgentia, ob τὴν εὐφροσύνην ἐκ τῆς οὐρανόθεν φαινομένην, Euseb. lib. 1. c. 28. vit. Const. Hac visione † erectus firmatusque, animum futurum anxium collegit, fiduciamque conferendi praelii cepit, atque a Mosella inde versus Italiam movit, Alpesque transgressus, Maxentium apud Pontem Milvium vicit. V. Eutropius lib. 10. c. 3. et imprimis etiam Prudentius, Poeta Christianus lib. 1. contra Symmachum.*

† Alioqui tres visiones obtigerunt Constantino I. in Gallia Belgica apud Treviros, quae hic a me denotatur. II. in Italia, quae Romae ipsi oblata est, III. in Thracia apud Byzantium. Vid. Nicephorus l. 7. c. 47. 49.

(mm) Apud Val. Max. lib. 2. c. 7. n. 12. Hinc cruribus metuens apud Horatium est, extimescens poenam servilem, utpote crucem, quam heri quoque veteri iure Quiritum interdum servis privatim imponebant, praesertim in criminibus atrocioribus. V. Scipio Gentilis in Apol. Apuleii p. 363.

(nn) Iudaei autem per calumniam dixerunt, crucem apud Christianos superstitioni et maleficiis servire. Itaque Philippus Cyprius in Chron. eccles. Graecae cap. 26. scripsit. εἶπον οἱ ἑσθραῖοι, οἱ χριστιανοὶ ἔχουσι μαγίαν τὸν σταυρὸν. Multo rectius meliusque de cruce iudicavit Ioh. Smetius in antiq. Neomag. p. 46. seq.

(oo) Character certissimus est τὸ ε χριστοῦ, de quo vid. lib. 1. cap. 31. de vita Const.

mosque omnium Christianorum defixos esse oportet. (pp) Eiusdem ordinis sunt numi cum effigie labari et serpentis in modum anchorae, et plerique alii, in quibus figura crucis cum piscibus et adiuncta anchora cernitur, quorum ratio omnis in eo posita est, ut denotent spem Christianorum, quae in satisfactione Christi, quem serpens pisciculi (qq) designant, fixa locataque est, eo quod praeter nomen Christi nihil sit, in quo conquiescamus, spemque ultimam ponamus. Sed ut maxime crucis usus consuetudoque diutissime valuerunt, tamen nimis credulus sit, qui cum Gvidone Pancirollo inde ab Apostolis repetat, quippe qui nusquam tale signum, vel exemplum nobis reliquerunt. *V. eius thesaurus var. lect. lib. 2. c. 215.* Ego ultra, quam aevum Tertulliani patet, non progredior, et sicut crucis antiquitates inde auspico, ita labari initia altius duco, Hadrianique temporibus ascribo, et quia de cruce supra dixi, in praesens addo *spbar a vexillorum et Cantabrorum* a Tertulliano, qui Septimio Severo imperante floruit, diu ante fuisse prodita, quippe quibus labara innuit, quaeque *stolos (rr) crucium* describit, ut refellat confundatque non Christianos homines, qui et religioni et ritibus Christianorum proterve illudebant, *apologetici cap. 16.* Haud sine causa, dissentiente quamlibet Dallaeo, (*ff*) existimes, iam illo tempore, imagines plerasque etiam ex materia confectas habuisse Christianos, (*tt*) vel eo argumento, quia Tertullianus gentes a salutari cultu alienas, nec sine risu et ludibrio religioni ceremonisque Christianorum insultantes perstringit, quod *originem Deorum a plasis de cruce inducant, victoriasque adorent, et signa venerentur*, contra, quam Christiani facere consueverint, quippe apud quos nullus crucis simulachrorumque cultus esset, si vel maxime ab iis imago crucis, ritusque signandi adhiberentur, *loco iam adducto collat. libr. de corona militis cap. 3.* Quare ritus adorandae crucis sequior est, et superstitione degenerantium temporum inductus, neque in divinis tabulis, quibus verum religiosumque cultum sanxit Deus, neque in priorum seculorum, quae de Christi Apostolorumque vestigiis nondum deflexerant, more exemple ullum praesidium habet. Nihil rectiora afferunt, qui *σελάσιον σταυρόν* sic interpretantur, ut ritum odorandi ostendant. Enimvero veneratio, quam *σελάσιον* denotat, tantum differt

Zzz (h)

a reli-

(pp) Hinc in oratione funebri de obitu Theodosii dicitur. *Regem (Iesum Nazarenum) adoravit (Helena) non lignum utique, quia hic gentilis est error, et vanitas impiorum.*

(qq) Tertull. de Baptismo cap. 1. Nos, inquit, pisciculi secundum *ixθv* nostrum Iesum Christum in aqua nascimur.

(rr) Alii stolas legunt, ut novissime quidem Carolus Moreau in edit. Paris. 1658.

(ff) De relig. cult. obi. adv. Lat. lib. 1. cap. 14.

(tt) Huc spectat locus apud Eusebium l. 7. hist. eccles. cap. 18.

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

a religioso cultu, quantum divina ab humanis distant. Neque est, cur aliquid de *πατρική ἐπιγορεύσας συμβόλω* adiiciam, quandoquidem id nulli idolorum cultui patrocinator; multo minus huc spectant *σεβασμός, τιμή*, et si quae talia sunt, quae cum vocabulis sacrum Christianae pietatis officium denotantibus paria non faciunt, nec per se id significant, quod divini cultus nomine venit: contra, pleraque alia sunt, quae nemini, praeterquam vero et aeterno Deo tribuuntur. Atque hoc usus pariter et lectio me docent, prorsusque ita confirmant, ut statuam, verba *λατρεύειν, δαλεύειν, προσκυνεῖν, θεοσκυεῖν*, in tribus prioribus seculis, quae Christi Apostolorumque doctrinam studiosè retinuerunt, ad nullum alium, quam ad religiosum cultum adhiberi. Cetera secula, ut a pietate pristina, et simplicitate moris antiqui, ita etiam a prisco usu saepe recesserunt, quod tamen huic causae non officit, neque divino cultui potest esse fraudi.

§. XVI. Verum quia fines constitutos egredi non licet, illud quoque praeterire non posse mihi videor, quod facit, ut intelligatur, quando Constantinus evaserit catechumenus, quamque viam inierit, ut sacro fonte ablueretur. Equidem catechumeni, quum primum ad coetus Christianos adventabant, doctrinae coelestis expertes erant: itaque eos institui rectè et initiari oportuit: horum autem quidam fuere rudiores, (uu) minusque instructi ad res capitaque fidei intelligenda: quidam provectiores, (xx) diuque instituti, ac divinis literis iam sic eruditi erant, ut haberentur idonei, qui statò tempore salutari lavacro expurgarentur. Quod discrimen cum in conciliis, tum in monumentis patrum Graecorum Latinorumque traditur, postquam Licinii saevitia ei occasionem dedit, quorum spectat *Concil. Nicen. oecumen. can. 14. ibidem Graeco-Romanus Canonum interpret Balsamon, Alexius Aristaeus in Concil. Ancyran. can. 14. Matthaeni Blastaris in syntagm. Alphabet. cap. 10. lit. K. De audientibus vid. Tertullianus cap. 6. de poenitentia: de competentibus Ambrosius lib. 5. ep. 33. ad Marcellinam sororem. Quoniam vero plerique Catechumeni, tradito a Novationis errore, baptismum usque in ultimum vitae tempus differebant, (yy) evenit, ut Clinici dicerentur, quod morbi causa in lecto impositi, iamque morituri vellent cuperentque tingi fonte sacro. Igitur hunc morem non caute, nec rectè securus est Constantinus, remque tam arduam et omni parte divinam, ad ultimam fatalemque horam reservavit, (zz) quod praeter Eusebium lib. 4. de ipsius vita cap. 61. et 62. docent te-*

(uu) ἀτελέστεροι, imperfectiores, item ἀκροώμενοι, sive audientes.

(xx) τελειότεροι, itemque ἐυχόμενοι orantes, et Latinis competentes dicuntur.

(yy) Redarguunt morem hunc Chrysostomus et Nazianzenus, inter patres Graecos: ex Latinis Ambrosius lib. 5. ep. 34. ad Theodosium, ubi dolet, Valentinianum, aevi integrum sine baptismo decessisse.

(zz) Non hic moramur aëta fabulosa Sylvestri, et auctoritate Eusebii, cuius sere omnia,

stanturque Socrates lib. 1. cap. 39. Hermias Sozomenus lib. 2. cap. 34. Theodoretus lib. 1. cap. 32. (a) Non autem necesse est definire tempus, quo Constantinus solenni ecclesiae ritu effectus est catechumenus, quod vulgo in annum C. 312. nullo veritatis argumento reiciunt. Neque ad hoc probandum sumi potest inscriptio Eusebiana, quae quidem extat in principio capitis XXXII. lib. 1 de Vita Constantini: primo quod non legitur in antiquissimis codicibus Graecis, deinde ab alio, quam ab Eusebio fuisse insertam, multa indicia produnt, nec deest argumentum, quo probari queat, titulos summariaque sequiori aevo ad librorum capita accessisse. Tum ritus imponendae manus, quo palam fiebant catechumeni, non memoratur illo in loco, qui in controversiam vocatur. Omnino igitur fatendum, inter professionem Christiani nominis, et ritum perfectioris Catechumeni (b) a Constantino M. solenniter susceptum, annorum fere XXV. spatium intercessisse. Quod indicat aperteque commonstrat Eusebius capite LXI. libri quarti, qui agit de Vita Constantini. Mortuo, quod A. C. 337. (c) accidit, maximus honor decretus habitusque est, ac statuae (d) deinceps et imagines ad pompam factae, exequiis decus, meritisque gloriam, et nomini eius immortalitatem conciliarunt. (e)

omnia, praeterquam Chronicon, quod Hieronymi est, approbamus. Consentiunt Socrates, Sozomenus, Theodoretus. Ceteri, ut Nicephorus, Zonaras, Codrenus, fidem non merentur.

(a) De baptismo Constantini vid. Abraham Scultetus in consutat. disputationis Caes. Baronii de bapt. Const. an. 1607. Neostadii edit.

(b) γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ait Eusebius. At iuxta Scholiasten Harmenopuli τῶν γόνυ κλιόντων κατηχημένων ἡ τελειότερα τάξις.

(c) Idacius in fastis Consularibus, auctor fastorum Siculorum, Prosper Aquitanus COSS. Feliciano et Titiano annum hunc signant, tenentque hanc epocham historiae miscellae auctor, Socrates, et per plures.

(d) Ob nimiam statuae Constantino positae venerationem Christianis succensit Philostorgius, tanquam in cultum statuarum imaginumque nimis promi essent, hist. eccles. a Photio excerpt. lib. 2. cap. 18. Graviter etiam patres huius et proximi seculi, inprimis Chrysostomus et Hieronymus, eo nomine indignantur, cultumque imaginum et statuarum iam Philostorgii aevo usitatum reprobant. Hinc ab imperatoribus ipsismet latae sunt leges, quae vetant imperatorum statuas adorari, quas etiamnum in C. Theodosiano reperimus. Tam facile se dant occasiones ad superstitionem, quum veneratio vertit in cultum, honoresque nimis ingeruntur. At vero Eusebius de religioso eiusmodi cultu et supplicatione nihil tradit, neque verba γόνυ κλίνας ἢ σπλάγχνον, lib. 4. de V. Const. cap. 67. et αὐτὸν ἐτίμων, lib. eod. cap. 69. plus designant, quam civilem cultum reverentiamque. Nec Philostorgio assentior commemoranti, Christianos victimis placasse imaginem Constantini. Quod nullus huius seculi scriptor prodit, prorsusque a ritu et pietate Christiana

XLII. DE PRIMO CHRISTIAN. IMPERATORE.

abhorret. Nec sequentia rectiora sunt, et male ab Henrico Valesio probantur. Igitur frustra errori praesidium petitur, et quaeritur augendis fabulis color excruciat, minimum suspecta, et sequiorum inclinatae ecclesiae temporum antiquitate. Cetera commenta, quae de gladio Constantini M. in Angliam perlato, deque corona ad Hungaros missa circumferuntur, ipsa se refellunt, apud Henricum Knygthon de eventibus Angliae, p. 232. et apud Petrum de Revva in centur. Hung. sept. p. 142. 143.

(e) Sed vitia erroresque eius excusant. Eusebius lib. 4. cap. 54. de vit. Constant. Theodoretus lib. 1. c. 33. Ea que de causa admissorum veniam petit, vit. Const. d. lib. c. 6. cuius auctorem esse Eusebium, vel ex Socratis Scholastici lib. 1. c. 1. et Sozom. lib. 1. c. 7. Iacobo Gothofredo constare potuit. Contra alii Satyrico more eum carpunt, ut Iulianus πρᾶξις, et Sophista Libanius, quibus accedit Zosimus Constantinomastix, alii modeste reprehendunt, ut plerique doctores Christiani, minime dissentientes, hominem fuisse, quippe sub quo adolescentia rei Christianae desit, iuventusque coepit, si, quemadmodum Pop. Ro. Florus, ita nos Rempublicam Christianam veluti secundum actus suas partiamur. Conf. anonymi tractatus de actibus ecclesiae cap. 5. apud Goldastum Monarch. Imper. tom. 1. p. 28. In reliquis vid. Franc. Balduini Constantinus M.

XLIII. DE IUSTINIANO ORTHODOXO.

Iustinianus Imperator, huius nominis I. omnium scriptorum suffragio, et sapientum praecipue assensu prudens cordatusque legislator fuit, et multas magnasque res in toga gessit et confecit.

§. II. Quod nemo ignorat, et aperte cernitur vel in lege unica, quae extat in Iustiniani codice, de caducis tollendis, sufficitque ad Augustum ab omni calumnia purgandum. Nam in ea testatum fecit animum salutis publicae cupidum, et aequitatis studiosum, et exemplorum superiorum memorem, et prudentiae ad legumlationem pertinentis insigniter gnarum. Io. Cruceus, et Ant. Mornacius in h. l. Ut non habeat Procopius, cur eum subinde in historia arcana perstringat, quam non legit Caesar Baronius, nec idoneo argumento in dubium vocavit Franciscus Combefis, perinde ac si eam vel non scripsisset, vel, ea scripta, omnem fidem amisisset. Ingenuus de Iustiniano et scripsit et iudicavit Franciscus Balduinus, nec dum tamen illius aevo historia arcana in lucem exivit. Huberti Giphanii de eo commentarius est veluti historiae Procopianae compendium iurisque index, nisi quod *avendo* eum fugiebant.

§. III. Non minus pietatis et sanctimoniae laudem illius aevo historia arcana in lucem exivit. Huberti Giphanii de eo commentarius est veluti historiae Procopianae compendium iurisque index, nisi quod *avendo* eum fugiebant.

§. IV. Non minus pietatis et sanctimoniae laudem illius aevo historia arcana in lucem exivit. Huberti Giphanii de eo commentarius est veluti historiae Procopianae compendium iurisque index, nisi quod *avendo* eum fugiebant.

§. IV.